UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Sermo Do. Bar. i[n] doctoratu domini Joannis a Saxoferrato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

ſubſtantiã cuiuſlibet Iuriſte qui in hac ciuitate ad regimen per eorũ ſtatuta totaliter eſt remotus, tñ hic lapis ſeu Iuriſta factꝰ eſt in capite anguli. Nã videtis iuriſtas omnibus antecedere, ⁊ tẽpore expreſſionum faciũt Iuriſtas, qui omnibus patrocinantur precedere. ⁊ etiã in recognitionẽ dñi certũ largiunt, ſic ⁊ curia Ro. ſic ⁊ Ro. eccleſia hũc lapidẽ in clericis reprobat, vetando eos hac ciuili ſapiẽtia imbui, tñ Romana curia in hac ſciẽtia obtinet principatũ, lõge em̃ plures ſunt ibi Legiſte, quã Canoniſte, quare hoc a Domino factũ eſt, ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris. In ſignũ igitur iſtius ꝓfeſſionis immẽſe, tradit liber. hic enim appellat liber, quaſi nõ ſeruus, nemini ſubditus. ff. de ſta. ho. l. libertas. Accipe ergo hunc librũ imo clauſum in ſignũ tue bonitatis intrinſece, ⁊ ſicut hic liber in ſe omnia iura cõtinet, ſic ⁊ in ſcrinio pectoris tui omnia iura claudant, C. de teſtam. l. omnium. hunc librum accipe apertum, vt ſic poſſis aperte dicere, aperte ſunt catarrhacte celi deſcenderunt pluuie, cõſumpta eſt oĩs caro. Gen. vij. c. ecce apte ſunt catarrhacte. celi. i. meatus rerũ celatarũ huius ciuilis ſapiẽtie ſunt ibi manifeſtate, deſcẽderũt pluuie hec eſt virtus ⁊ moralitas, ⁊ deleta eſt oĩs caro in te. i. oĩs carnalitas ⁊ totꝰ es ĩ hac vita morali ⁊ politica renouatus ⁊ hoc de primo. ¶ Secundo dixi, ꝙ donatur perfectio nominalis. Duobus modis nomẽ aſſumit. Quoddã enim eſt nomen ꝓpriũ, ⁊ iſtud imponitur ad placitũ, vt l. j. C. de muta. nomi. vt tale nomen ſit honeſtũ precipitur, l. ex facto. §. ſi in dãda pecunia cõditio. ff. ad Treb. quãte bonitatis, fili, ſit hoc tuum nomẽ, Accurſij nemo eſt qui ignoret. poſſu3 enim recte dicere, vt oliuã pulchrã, vberẽ, fructiferã vocauit Dominus, ſic nomen tuũ poſſe dici. Iſtud enim nomẽ Accurſius, eſt ꝙ ſua vbertate, ⁊ pinguedine totam hanc ciuilẽ ſapientiã impregnauit, totum enim corpus iuris gloſſauit tanta perfectione ꝙ poſt eum nemo in hac ſcientia auſus fuit ſcribere vnũ verbu3, vere ergo potes de bono nomine gloriari. Et ſicut iſta nomina ad recognoſcendũ homines imponunt, ita annulus, in ſignũ vt quis ſit cognitus, tribuit: vt ſcribit ꝑ Accur. ff. de inof. teſtam. l. Papinian. §. j. in gl. in verb. bonorũ. §. j. Secũdo modo nomẽ aſſumit pro fama, de quo Salomon, Curã habe de bono nomine, hoc enim magis preualebit tibi, quam mille theſauri precioſi ⁊ magni. Bonum enim nomen permanebit in euũ. Eccle. c. xlj. Magnũ ⁊ honorabile eſt nomẽ meum in gẽtibus, ⁊ Malachie. j. c. In ſignum enim iſtius fame ꝑfecte, ⁊c. annulꝰ aureꝰ tribuit, quẽ nemini licet deferre, niſi ſit ciuis Romanꝰ, vt C. de iur. aure. annu. l. j. vt ſicut annulus ſua claritate refulget, ita velox tua fama claritate refulgeat, vt legit in rub. vbi ſupra. Annulũ ergo quẽ petijſti a dño, ⁊ a patre tuo domino A. ipſe tibi dabit. ⁊ hoc de ſecundo. Tertio oſtenditur operatio effectualis dum ſubijcitur, dictũ illud ꝙ occurrit ⁊ ſuccurrit cõtra tenebras iuris ciuilis. Patres ⁊ dñi, tres eſſe reperio tenebras, exteriꝰ extremitatibus eleuatis. Hierem. c. x. Alie tenebre cauſantur in celo, cũ luna interponit inter ſolẽ ⁊ terrã, obtenebrato enim ſole, luna non reddit lumẽ ſuum, Iſaie xiij. c. Tertie tenebre ſunt ſuper terrã, Mat. xxvij. c. Marc. xv. Luce xxiij. c. Et primo tenebre in extremitatibus terre oriuntur. Per terram accipio mentes hominũ groſſorum, quibus ſolum in extremitatibus ⁊ ſuperficie eſt aliquid Lucis, ⁊ ex iure noſtro tenebre, hoc eſt, obſcuritates ⁊ dubia oriunt, que ꝑ iſtã ſcientiã decidunt, atque fugant, ſicut ſoluit nebula, que fugata eſt a radijs Solis. Sapien. ij. c. Sicut enim nubes ex corporibus terre eleuantur in aerẽ. ⁊ ibi purificant, ⁊ aqua efficitur, que deſcendit ab aere, que terrã rigat, vt fructum afferat, ita ex iſtis gẽtibus groſſioribus dubia oriuntur que tanquã nubes in mente doctorũ, et aliorum Iuriſtarum excellentiũ eleuantur, ibi plurificãtur aqua ſapientie, ⁊ efficitur aer, hoc eſt, mens doctoris clarificatur, quã ſa enim claritate illuminet ille doctor, qui ſua3 theoricã deducit in practicam: In qualibet facultate enim loquor. ille ſcit, qui guſtat, exprimere nequeo terra irrigatur, qꝛ talis practica excellẽtium virorũ in ſcripturam reducitur, ad irrigandum terram, hoc eſt, ad inſtruendũ mentes rudes, atq; terreſtres. Contra iſta dubia ſeu iſtas tenebras, hec ſciẽtia occurrit, ⁊ ſuccurit, occurres, ⁊ ſuccurres tu fili dando recta conſilia, que dubia tollunt, ⁊ in pace homines ponũt, huius ſignum pacis oſculũ tradit. Secunde tenebre ſunt, ⁊c. Per celum ſignificant mẽtes doctorũ, ⁊ aliorũ excellentium Iuriſtarũ, a ſummo qui rerũ celatarum lumine illuſtrantur, in quibus tenebre oriunt vt plurimũ ex interpoſitione lune, hoc eſt, opinionum falſe mẽtis ⁊ fantaſtice, ſeu lunatice, contra quas tenebras occurrit hec ciuilis ſapiẽtia, veram opin. eligendo, ⁊ contrariam reprobando. C. de condict. inde. l. fin. ⁊ C. per quas perſ. nobis acquirit. l. ſi. ⁊ ſimil. ff. ⁊ C. In huius ſignũ ſit benedictio magiſtralis, vt tua dicta ⁊ cõſilia habeant vt magiſtralia, ⁊ interpretationes probabiles, ⁊ redigende in ſcriptis vt not. Accurſius. ff. de legibus. l. nõ poſſunt. hoc itaque oſculu3 cum magiſtrali benedictione a tuo patre ⁊ domino Dyn. petijſti, et ab eo humiliter accipe. Tertie etia3 tenebre ſunt ſupra naturam. ⁊c. Pro Chriſto, accipio veritatem, ipſo dicente, Ego ſum via, veritas, ⁊ vita. Ioannes xiiij. c. cum enim iudex falſe iudicat, aduocatus falſe aduocationem prebet, conſultor falſum tulit conſilium, cum falſa ⁊ iniqua ſtatuta conduntur, Chriſtus, hoc eſt, veritas occiditur, quinimo perit ſemper, cum iuſtitia nõ ſeruatur. Ex hoc per vniuerſam terram tenebre ⁊ ſcandala oriũtur. qualiter enim ſtet illa ciuitas, in qua iuſtitia non ſeruatur a quolibet intelligente palpatur, comprobatur illis dictis, Ve vobis, viri impij, qui dereliquiſtis legem domini altiſſimi, ⁊c. Eccleſi. xlj. ve qui condunt legs iniquas. Iſai. x. c. contra has tenebras hec ſacratiſſima ſcientia perfecte occurrit puniendo iudices male iudicantes. C. de pena iudic. qui male iudic. l. prima, ⁊ mala condentes ſtatuta. ff. de dol. except. l. j. in fin. contra has tenebras primo doctoris occurit veritas, ita clariſſime demonſtrando quod erubeſcat cõtra veritatẽ loqui aliquid ⁊ attẽtare.

Sermo Do. Bar. i doctoratu domini Ioannis a Saxoferrato.

¶ In nomine Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spiritusſancti, Amen.

IOannes hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine. hec verba habentur Ioan. j. c. ſecundum Euangelicam, ⁊ Apoſtolicam doctrinam, ⁊ precepta ciuilia in locis vulgaribus tradita admonemur in cuiuſlibet actus principio diuini nominis inuocationem premittere, idcirco ipſum inuoco dicens, In nomine Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spiritusſancti, Amen. Patres ⁊ domini, tres ſermones me feciſſe in hoc loco memini, in duobus primis authores iuris, ⁊ diuine ſcripture allegaui permiſtim, et in tertio iuris ciuilis authores tantummodo, nunc vero arbitror eſſe conſonum, vt ſolum ex diuine ſcripture authoritatibus comprobe3 dicta mea. Et quia hic, pro quo ſermo effunditur, eſt Ioannes, ideo accipiam a Ioanne pro Ioãne, ⁊ ſolũ ex dictis Ioannis eloquium preſens fundabitur: ⁊ quia ſcriptum eſt, in illa die quicquid petieritis patre3 in nomine meo, dabit vobis. Ioan. xv. cap. idcirco cum a te fili mi, iuſte petitũ ſit, vt in quaſi poſſeſſione doctoratus tradendo inſignia te conſtituam, volẽs que a te petita ſunt dare, aſſumpſi verba primo loco propoſita. Ioannes hic venit, ⁊c. vbi ſupra, in quibus verbis dico ꝙ propoſitis conſerentia denotãtur. Primo ſcholaris doctorãdi diſpoſitio ⁊ perfectio. Secundo huius ciuilis ſapientie laus ⁊ exaltatio Tertio, perſone doctoris mirabilis operatio. Primũ propter gratiam exiſtentem de preſenti, dum dicit, Ioan. hic. Secundum propter reuelationem factam ſecretorum dum dicit, venit in teſtimonium. Tertium propter declarationem factam audienti, dum ſubinfertur, vt teſtimonium perhiberet de lumine. Et ſic prima pars erit ad laudem doctorandi. Secunda ad laudem ſcientie. Tertia diſpoſitio atque perfectio propter gratiam exiſtentem de preſenti dum dicitur, Ioannes hic. Ioannes interpretatur gratia, gratia ergo hic, hic dico quod eſt demonſtratiuum de preſenti, nullus ad huius ciuilis ſapientie finẽ poteſt accedere, vbi ſocia non ſit gratia operans, que eius voluntatem aperiat, vt velit gratia cooperans, que eius voluntatem coadiuuet, vt operetur, ne fruſtra velit. Scriptum eſt enim, non poteſt homo accipere quicquam, niſi ei datum fuerit de celo. Ioan. iij. capit. ⁊ alibi dicit Sapientia, Nemo poteſt venire ad me niſi ei fuerit datum a patre meo. Ioann. ſexto capitu. alibi, Sine me nihil poteſtis facere. Ioan. xv. capit. iſta enim gratia eſt preparans. Primo enim preparat intellectum ſcholaris, vt quod audit intelligat, qui enim non intelligit, non addiſcit, vt dicitur de illo Necodemo, qui ideo non dicidit, quia Chriſtum non intelligebat, Ioan. iij. cap. Iſtam gratiam huic Deus tribuit, quia ab initio vſque ad finem ſui ſtudij quod a docto. audiebat, profundiſſime apprehẽdebat. Secũdo, quia memoria eſt ipſius laudabilis, preparat hic gratia vt ſcribat. ſcriptum eſt enim, que vides, ſcribe in libro, ⁊c. Ioan. Apocalyp. primo cap. ⁊ alibi Datus eſt mihi calamus ad ſimilitudinem virge. Apocaly. vndecimo capit. ⁊ alibi, Audiui vocem de celo dicentem mihi, ſcribe, Beati, ⁊c. Apocalyp. xiiij. capitul. Hanc gratiam Deus huic tribuit, intantum habet corpus ſuum obediens intellectui, quod omnia que intelligebat, ſcribendo velociſſime reportat.

Tertio